

P

Paganorum vetus expostulatio, fatalem necessitatem
Gratiae titulo a Christianis cohonestari dicitantum,
communem fuisse Ecclesie sensum de Gratia per se
effici & gratuita vocatione, fatis probat. 466.

Patrum autoritatem Ecclesia semper agnoscit, etiam
rationum, quibus minuntur, consideratione leposita.
457. Patribus Gracis priorum facultorum conscientia
et Augustini doctrina. 460. Patres in speciem Au-
gustino repugnantes in materia Gratiae, & Præde-
finitionis, ab Augustino ipso conciliantur. 462. Patres
priorum facultorum de quibus fere scribere solerent.
473. Patrum prætorum formula quedam loquendi ab
Launojo sepius objecta cum Augustino conciliatur.
478.

Pelagius. Pelagius in Concilio Jerozolymitano, ut fidei
sue rationem redderet, id unum interrogatus est,
num ab Augustino conturata doceret. 420.
Pelagiani nullos ex suis miserant Romanum ad Bonifacium
contra Augustinum, sed litteris dumtaxat crimina-
tiones suas Roma ac Thessalonicae publicarunt.
416. Ex litera Augustini doctrinam specialiter non
impecebat, sed plura Ecclesie dogmata. 417. Duas
eas Epistolæ retellendas ad Augustinum Bonifacius
transmisit, ibid. Pelagianos Episcopos in Gallia, nisi
respiciant, expelli a Gallicana Provincia mandatum
fuit ab Imperio. Theophilus & Valentinius: quod ur-
sufligerent. Pelagianam mitigantes, in Semipelagianam
harensem deflexerunt. 423. Pelagiani Episcopi in
Africa Nestorii adherentes, non Africani modo, sed
totum Orientem commoverant: ad quas turbas fe-
dandas Ephesina Synodus indicta est. 427.
Petrus Lombardus in controversia de Divina Gratia &
Præfinitione Augustinum exscripti, euangelii libros
utimmo editos pene integras deforavit. 450.

Phocas restam Re scripti Coelestini intelligentiam tradidit,
illudque Augustino favere, omni licet in eum
affectu vacans, confitetur. 435.

Pigminus (Albertus) Theologorum censuris notatur.
452.

Præfinitionis gratiæ dogma inter certissima fidei
dogmata repudiavit Augustinus. 426. Præfinitionis
gratiæ nomine quid intelligatur. 423. Præfinitione
gratiæ nostra duo in Deo decreta. 479.

Præfinitioni. Hæresim Præfinitionam alii purum
figmentum, ali re ipsa existit opinantur. 435. Sive
ea fuerit, sive non, nullum inde Augustinianam do-
ctrinæ prejudicium illatum. 436. Præfinitionanorum
errores a S. Proculo confutati longissime abluti ab
Augustini doctrina. 437.

Præfinitione quo fecit a Prioribus Ecclesiæ Patribus ac-
cipiatur. 479.

Propositionam, quas ex Augustino Launojus summatis
excepit, errorique per summam ignorantiam infil-
mularivit, veritas ex sacris maxime litteris comproba-
tur. 408. & seq. A propositionibus, quas illi perpe-
ram Launojus affixit, S. Augustinus vindicatur. 411.
& seq. Propositiones antiques, quas ex S. Augustino
delibavit, & in primum sensum detorrit Launojus,
recto sensu S. Doctor propagnat. 412. & seq.
Propositiones adversus Augustinum euangelii doctrinam
a Vallisoletana Inquisitione proscripta. 458. Propo-
sitiones hec duæ: *Deus donat nobis omnipotentiam*
fiam, ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri vil-
*lam, vel librum: & Deus subiicit nobis suam omni-
potentiam: dammate.* 477.

S. Properi responsum ad Genuenses Presbyteros expen-
ditur, & illastratur. 427. Ejus libros inter Orthodoxos
recipiendo esse, Gelasius Sum. Pont. edidit.

432. Eiusdem sententias in fidei Canones transluit
Synodus Araucana. ibid.

Q

Quæstiones, quas Coelestinus Pontifex continebat
non est aulus, nec altare necesse habuit, qua-
nam fint. 431.

R

Rabanus, Amolo, & Hinckmarus, qui Gotteshal-
cum damnarunt, S. Augustini Sententiam, ut
catholicam suscepere, summeque venerati sunt. 446.

Rupertus Tuitiensis Abbas Augustiniana doctrina ad-
mirator, & vindex. 449.

S

Sanctus (Cladus) varium Augustinum in sta-
tiuenda sententia afferit: ob idque severæ objurgati-
tus fuit. 452.

Semipelagianus Hereticus Semipelagianæ dejectio & profi-
gatio; doctrina Augustiniana triumphus. 439.

Synodi Arelatensis & Lugdunensis Lucidum damnando,
Augustini doctrinam minime damnarunt, sed impia
Semipelagianorum confectaria ab Augustino ejusque
discipulis aperte rejecta. 437.

Synodus Constantiensis foliemis precatio singulis Confes-
tionibus premilla. 451.

T

Tellier (Caroli Mauriti le) Archiepiscopi Re-
mensis Decretum adversus Launoii Traditionem.
481. & leg.

Terullianus Gratiae necessitatem & efficaciam tuer.
466.

Theodosius Imperator Augustini doctrinam commendat,
eisdem ob triumphantum Pelagianum acclamat,
ipiusque ad Ephesinum Concilium invitat. 419.

Tridentinum Concilium pseudo-reformatorum errores
proscriptis, Augustini de Gratia, & Præfinitione
sentientiam concrebat. 433.

V

Valentia Synodus Semipelagianos errores proscri-
psit, Augustini doctrinam de gratuita vocatione
firmavit. 442.

Van-Wick (Adrianus) quod sententiam Augustini de
Gratia & Præfinitione Calviniane & Janueniane
hæresis nota imferit, a Sacra Congregatione Ro-
mane Inquisitionis ad palinodiam adiungit. 458.

Vincensii Lirinensis Communitatum editum fuit ante-
quam libri de Vocatione gentium vulgarentur. 434. Eius
errores in Synodo Araucana II. primam, deinde &
in Tridentina damnati. 435. Is Referat Cœlestini
I. perperam interpretando, in Augustinum ter-
quer, ejusque Discipulos, tamquam Novatores. ibid.
Duo in eo fecerint; primum ex Operis instituto
tractatum; secundum oblique, ac teste infinitum.
Illud plures habuit laudatores; hoc nemo Catholico-
rum probavit. ibid.

Vitis Carthaginem. De eo fabella a Launojo consi-
cta arguitur. 421.

Winkleffus in Synodo Constantiensis damnatus, Augustini
patronum suum jactabat: non ob id tamen da-
mnata fuit Augustini doctrina, quam Patres illi sum-
me venerabantur. 451.

F I N I S.

EPISTOLA JOANNIS LAUNOII EX ELYSIO AD GENERALEM SOCIETATIS JESU PRÆPOSITUM

DATA.

Qua conceptum, ex lata in suam de Gratia, & Præfinitione Traditionem sententia, dolorem
amicæ significat: Augustini abs se traduci culpam, Societatis Theologorum exemplo
depellit; nihil demum toto ferme Libello scriptum ostendit,
quod ab iis summa fide non delibarit.

EPISTOLA JOANNIS LAUNOJI EX ELYSIO AD GENERALEM

(Tyrsim Gonzalez, quatuor circiter mensibus ante obitum)

SOCIETATIS JESU PREPOSITUM DATA.

REVERENDISSIME PATER.

I. Nisperata tibi fortassis accidet mea hac ex Elysi data Epistola. vix enim ejusmodi aliisque ad vos commentari non quod ad scribendum, multaque de rerum nostrorum statu nuntiandum parati non sumus, quotquot zvum in hice

Elysis campis agitamus; sed quod summa cursorum, ac tabellariorum inopia laboremus, qui gradua in regiones velras revocare, aut possint, aut velint. Si quibus tamen non insperata omnia contingere debent ex umbrarum regione submisce Epitolae, tu vel omnium maxime unus es, quem divisa zetas, corpus fluxum, & grave, quassa membra, ac devoluta non ita pridem in alterum supremi regiminis cura, nostrum brevi futurum admonent, alteroque jam pede Charonitis cymbam prenere jubent. Haud itaque mirum videatur, si jam a nobis adventorias accipias, ac tecum de rebus nostris, quas brevi communes habebimus, colloquia misceamus.

Quid est, quod Norius (Card. Henric. de Novis, paulo ante extinctus.) beatarum illarum fedibus novus incolat tanto. Itrepit nuntiat? Augustinum suum recepit. Apostolica Sedis oraculo commendatum, novo a mortalibus cultu excipi, ac tantum non adorari: Fulgidissimum Ecclesie Catholice Lumen, Doctorem maximum, cuius preselam doctrinam magno tempore habuere (Brevi Pontificii verba, in Libellum Launji) Roman Pontifices, totaque mentis affectu amplexi fuerunt, sacris factis inferiibi me vero, quod illum in edita circa prædestinationem, & gratiam Traditione, uti novatores exagitarim, dicas omnia, atque execrationes sustinere: Theologorum, Episcoporum, Cardinalium, ipsiusque Pontificis Maximi censuris inuri; a quibus post huma illa ingenii mei fortuna, impia, blasphemica, Ecclesie, atque Apostolica Sedi injurya pronuntiatur?

Expedire verbis, atque eloqui non possum, quanto me moerore afficerint acerbissima nuntia, a Viro presertim, quem, & Augustini immodi cum laudarem, & parum doctrina nostra propitium nosti, enormiter exaggerata. Non quod me multum ora vestra judicia tangant, quæ me nec tunc quidem, cum in humanis agere, follicitum habuere; sed quod in eo demum errore

verfari videam propemodum universos, ut Augustinum, tanquam summum Ecclesie oraculum suscipiant, cujus effata quasi celo delapsa venerari necesse fit.

Quantum illos ea fallat opinio, satis una mecum intelligis, Pater optime, cuius animo non dum excidit Joannis Adami Sodalis vestri digna sententia, Parte 3. Calvinii destrutti cap. 3. Ridiculus Augustini adoratores illos esse, qui illum fidelissimum antiquitatem testem, primum Ecclesie oraculum, Principe Patrum, omniumque Doctorum subtilissimum vocant. Quare in hoc tanto adversus editam Traditionem excitato turbine, quo velut iniquus Augustiniana doctrina reprehensor publicam invidiam subeo, te unum elegi ex omnibus, cui caussam approbem: meque nec Augustinum plus nimio depremisse, nec alter quam veritas habeat, de ejusdem sententia pronuntiasse demonstrem; sed omnia ferme mea, a summis, quos florentissima Societas tulit, veritatis Magistris, integra fide delibasse; ut non tam proprios ingeni fatus ediderim, quam Scholæ vestrae Professorum sententias recitarim.

II. Et certe, quod adornata a me Traditionis institutum attinet, totiusque operis argumentum, Augustinum scilicet, in causa prædestinationis, & gratiae, novam omnino viam, ac priscis Ecclesie Patribus ignotum aperuisse, præcentorem, ac ducem habui Joannem Marianam, Opusculo de Morte, & immortalitate, quod certum, & indubitatum habet Societas vestra. Augustinus, inquit vir maximus lib. 3. cap. 6. primus, quod sciam, inter antiquos, in veteri iustio novam sententiam excoegerat, utva impremissi religio. Videbat Paulum dicentes, Non ex operibus, his virtutis argumentis, novam prædestinationis formam invexit post lapsum hominis, non fluxam quodam eventum, & circumstantias; quippe non ex libero arbitrio, sed ex gratia certam profus, & ratam, atque ex voluntate voluntate. Nempe, ut vides, quod paucis Marianis complexus est, ac brevi verbo significavit fusus ego. demonstrandum aggressus sum; illa ova fuit, ego exclusi.

Primum instituti probationem, ex eo petitam, quod Augustinus divinas Litteras aliter quam veteres Tractatores sit interpretatus, easque non confidentes, sed repugnantes haberit, subministravit mihi Dionylius Petavius, quo, dum olim rebus humanis interestem, familiariter usus sum. Sic enim ille lib. 10. dogmatum Theologicorum, sub finem

LECTORI MONITUM.

DUM Launoji partes hoc Scripto fuscipi vides, noli, quæso, in animum inducere, id a nobis eo animo factum, ut eum ab errore, & calumnia Augustino illata vindicemus. Abst. Totum id per nos fictioni tribuendum feci. Launoji quippe caussam suam orans in scenam inducitur, joci causa: eaque idcirco ejus in ore verba ponuntur, quæ, & instituto, & ingenio congruant. Non alia itaque mente, nos Societas Scriptores, qui ei ad fieriendam calumniam auctores fuere, preferuntur; quam ut omnes intelligent, unde prima cœperit malabes, quæ una cum Launojo, Pontificio Decreto inusti censeri debeant.

Ceterum si Launojum purgare animus esset, alia certe via suppetet, & quidem expeditissima; editam scilicet Traditionem illius astutissimi suppositionis demonstrando: cuius rei haud levia momenta praefixa essent. Namque Libri non pauci, quorumdam Ecclesie Patrum nomine laudantur illic, quorum suppositionem data opera probavit Launoji, alias adoratis operibus. Historie laplus adeo pinguis, & crassi passim occurront, ut vivo antiquæ memorie studiofissimo, qualis profecto Launoji erat, irrepsisse nemo credit. Accedit scribendi methodus, a Launojana roto cœlo diversa. Quæ tria factum hunc non modo posthumum, sed, & spurius plus satis evincerent, si in eam facti questionem ingredi animus esset. At non est id hujus instituti, & oīi. Sola nos in Præsencia doctrine summa sollicitos habet: unde tam effrenis Augustini deprimenti licentia fluerit, unice demonstramus.

SYLLABUS SCRIPTORUM SOCIETATIS JESU,

Quos in deprimento Augustino magistros, ac duces habuit Launoji.

Andreas Junius.
Christophorus Ortega.
Dionylius Petavius.
Franciscus Annatus.
Gabriel Vasquez.
Jacobus Sirmonius.
Joannes Adamus.
Joannes Hamelius.
Joannes Ituren.
Joannes Mariana.

Joannes Martinonus.
Joannes Baptista Guesnay.
Leonardus Lessius.
Livinus le Meyere.
Ludovicus Molina.
Petrus Halloix.
Petrus l'Abbe.
Stephanus de Champs.
Theophilus Raynaudus.
Thomas Bonartus.

finem capitis 1. Nullus est omnis Scriptura locus, quo vel Augustinus, vel Augustini discipuli, abf-
lare, & sine una conditione meritorum, velut cau-
sa, eligi, predestinatione probant ad salutem homi-
nes, & gloriam, qui non alio sensu ab antiquiori-
bus, aut etiam plerique posterioribus Grecis, La-
tinisque Patribus explicatis fuerit. Ita nulla nos ad
illam sententiam divina cogit auctoritas; immo ab
ea magis obsterere videtur: quod in capite sequenti
declarabitur. Quia loquendi ratione, alteram quo-
que violata ab Augustino Traditioni probatio-
nem a me datam insinuavit Petavius, ex contra-
ria nimur veterum Patrum attestations defun-
ptam. Eos enim in referendo predestinationis ar-
cano, ab Augustino dissentisse necesse est, qui
divinas hoc de argumento Scripturas alteri expo-
suere. Sed & hanc multo distinctius expressit Ma-
riana paulo ante laudatus, qui priscos Ecclesias
Pates Augustiniano systemati & diametro contra-
rios afferit, & Cassiano, ac Fausto Semipelagia-
norum antilegianis intime coniunctos. *Dogma*
de predestinatione, ait ille loco jam applicato,
Cassiano, ac Fausto commune fuit cum
aliis Patribus, quorum scripta Gelasius proba-
vis, Gregorii Nazianzeni, Basilii, Chrysostomi,
Hieronymi: quorum ego sententias dedi capp. 2.
3. & 4.

Quod autem in ea priorum saeculorum Tra-
ditione adorna, Origenem orthodoxis divina
gratiae Magistris adnumerarim, a quo vera hoc de
argumento sententia reperi debet, Petri Hallio-
xii, Francisci Annati, Theophilii Raynaudi au-
toritas in causa fuit. Hallioxii haud obscura
pro Origene edita *Apologia*, quam Romana
Congregationis Decretum, die 12. Maii anni
1655. datum, celebrem fecit. Annati perinde no-
ta gravis illa de Bajanis expofulatio, *Libro 7.*
Augustini Vindicta cap. 12. quod ii *Origenem Pe-
lagianorum omnium originem* dicentes. Sed expli-
catione Raynaudi mens, cap. 9. *Apologia pro Val-
eriana Cemelensi Episcopo*, conceptissimus quebus
Origenis de gratia sententiam catholicissimam vocan-
tis, ac propugnantis.

Arte hac de priori adornati Libelli parte,
quam sequentis comparatione brevissimam scripsi;
Scripturarum, ac Patrum Augustino repu-
gnantium testimonis breviter, & in transcurso de-
libatis.

III. At neque minori fide alteram adorna
Scriptoris partem a veftris exprefsi, qua narra-
tionem historicam complexus sum rerum omnium,
qua Augustiniana doctrina occasione in Ecclesia
Catholica contigere.

Ingentes motus quaquaversum, ac maxime per
Gallianos concitatos, non tam meis, quam Ludovi-
ci Molinae verbis enarravi, ex ejusdem *Concor-
dia* desumptis, *Ques. 23. art. 4. & 5. membra.*
Augustini, inquit ille, de predestinatione doctrina
plurimos ex fidelibus, presertim ex iis, qui in Gal-
lia morabantur, non solum indoctos, sed etiam do-
cissimos viras, atque in Episcopali dignitate confi-
tutos miru in modum turbavit: ne dicam illius
occidente salutem eorum suisse periclitata. Ne enim
ejusmodi doctrina adbererent, bareti potius Pelagia-
ne ex parte assentientur putabant, varioque alias
errores circa parvorum predestinatione confunge-
bant. Id, quod inter alia testatur dux illa Epis-
tolae a Propheto, & Hilario Arelateni Episcopo,
ea de re ad Augustinum misse, que inter Opera
Augustini ante Librum de Predestinatione Sanctorum
habentur; quas ego idcirco integras exhibui:
tantumque Moliniana Schola principis auctoritati de-
di, ut cum Hilarii, cuius est laudata illi ad
Augustinum Epistola, alterum ab Arelateni Epis-
copo fateatur eruditorum omnium natio, Arela-

tentem tamen dicere maluerim, ne vel hac parte
Viro maximo repugnarem.

Ne quis vero mihi Molinam invideat, eum-
que mihi erectum velit; quasi is Augustini do-
ctrina turbatos plurimos scripsisset, non Augusti-
ni virtus, ut me scriptum est, sed illorum ;
scias, amabo te, totum a Molina virtus datum
Augustino, §. 9. quod ille sub ea quasi caligino-
positus, ad hoc non attendebit: nempe, suisse pre-
destinationem, & reprobationem non sine pre-
scientia qualitatis usus liberi arbitrii; nec studue-
rit sententiam suam ea conditione temperare,
qua ad auferendam duritatem illam multum conduce-
ptam. Eos enim in referendo predestinationis ar-
cano, ab Augustino dissentisse necesse est, qui
divinas hoc de argumento Scripturas alteri expo-
suere. Sed & hanc multo distinctius expressit Ma-
riana paulo ante laudatus, qui priscos Ecclesias
Pates Augustiniano systemati & diametro contra-
rios afferit, & Cassiano, ac Fausto Semipelagia-
norum antilegianis intime coniunctos. *Dogma*
de predestinatione, ait ille loco jam applicato,
Cassiano, ac Fausto commune fuit cum
aliis Patribus, quorum scripta Gelasius proba-
vis, Gregorii Nazianzeni, Basilii, Chrysostomi,
Hieronymi: quorum ego sententias dedi capp. 2.
3. & 4.

Quod autem in ea priorum saeculorum Tra-
ditione adorna, Origenem orthodoxis divina
gratiae Magistris adnumerarim, a quo vera hoc de
argumento sententia reperi debet, Petri Hallio-
xii, Francisci Annati, Theophilii Raynaudi au-
toritas in causa fuit. Hallioxii haud obscura
pro Origene edita *Apologia*, quam Romana
Congregationis Decretum, die 12. Maii anni
1655. datum, celebrem fecit. Annati perinde no-
ta gravis illa de Bajanis expofulatio, *Libro 7.*
Augustini Vindicta cap. 12. quod ii *Origenem Pe-
lagianorum omnium originem* dicentes. Sed expli-
catione Raynaudi mens, cap. 9. *Apologia pro Val-
eriana Cemelensi Episcopo*, conceptissimus quebus
Origenis de gratia sententiam catholicissimam vocan-
tis, ac propugnantis.

Arte hac de priori adornati Libelli parte,
quam sequentis comparatione brevissimam scripsi;
Scripturarum, ac Patrum Augustino repu-
gnantium testimonis breviter, & in transcurso de-
libatis.

III. At neque minori fide alteram adorna
Scriptoris partem a veftris exprefsi, qua narra-
tionem historicam complexus sum rerum omnium,
qua Augustiniana doctrina occasione in Ecclesia
Catholica contigere.

Ingentes motus quaquaversum, ac maxime per
Gallianos concitatos, non tam meis, quam Ludovi-
ci Molinae verbis enarravi, ex ejusdem *Concor-
dia* desumptis, *Ques. 23. art. 4. & 5. membra.*
Augustini, inquit ille, de predestinatione doctrina
plurimos ex fidelibus, presertim ex iis, qui in Gal-
lia morabantur, non solum indoctos, sed etiam do-
cissimos viras, atque in Episcopali dignitate confi-
tutos miru in modum turbavit: ne dicam illius
occidente salutem eorum suisse periclitata. Ne enim
ejusmodi doctrina adbererent, bareti potius Pelagia-
ne ex parte assentientur putabant, varioque alias
errores circa parvorum predestinatione confunge-
bant. Id, quod inter alia testatur dux illa Epis-
tolae a Propheto, & Hilario Arelateni Episcopo,
ea de re ad Augustinum misse, que inter Opera
Augustini ante Librum de Predestinatione Sanctorum
habentur; quas ego idcirco integras exhibui:
tantumque Moliniana Schola principis auctoritati de-
di, ut cum Hilarii, cuius est laudata illi ad
Augustinum Epistola, alterum ab Arelateni Epis-
copo fateatur eruditorum omnium natio, Arela-

videri solent. Quibus addere licet Lessium, & Ha-
mellum, in Articulis notatis ab Academis Lovanieni, & Duacensi, articulo 6. *Hunc locum*,
Deus vult omnes homines salvos fieri, id est, vult
omnes salvos fieri, qui salvi sunt, non videtur ex-
ponere Augustinus secundum intentionem Apostoli;
& sic, ampliusque argumentis dicta interpretatio op-
pugnat.

V. Quod de Coelestini I. Rescripto ad Gallos
Episcopos dato identem adnotavi, Augustino
verius officere, quam favere, Prosperum, &
Hilarium eo perperam abusos esse, ut universam
Magistri doctrinam eo Apostolicas Sedis oracula
probatum obtenderent, apud tuos perinde legere
domi potes. Confite, si vacat, Joannem Marti-
num, tibi, ubi arbitror, non ignotum, tamet
sub Antonini Morainii larva delitecat, in Prae-
fatione Anti-Jansenii: *Quam multi, inquit, sin-
ullo discrimine, Augustini auctoritatem admiscebat*,
qui audita nunc limitatione, quam ejus approbationi
Coelestini apostoli, dum audiunt aliquis ex Au-
gustino proponi, queritant, est-ne hoc de illis pro-
fundioribus questionibus, quas non necesse judicavit
adjuvare; *quis in antiqui opinandi libertate reli-
quit?* Non igitur universum (quod Prosper, &
Hilarius efficiebant) Augustini doctrinam adnotare licuit, ma-
nus orbi litterari criticum illuxisse, coelicolis
non minus quam terricolis formidandum, qui
plures Sanctos celo dejecerim, quam decem Ro-
manii Pontifices illo eveharent; de sodali illo
vestro, nulla verbi injuria dicam, plures illum
Doctores gradu dejecisse, quam Academia renua-
tiarent.

VII. In confitu Massilienses inter, & Augus-
tini discipulos enarcando, Cassini, & Fausti Se-
mipelagianae Secte Principum partes in messepe-
tum, Prosperum ut aliena fame decursum tra-
duxi, eidemque Gennadium pretuli, dignunque
Ecclesiastica Traditionis adversus Augustinum te-
stem adhibui, sanu nostrum Societas vestra Viro-
rum judicio fecus, Joannis Baptista Guasai,
Joannis Iturenii, Christophori Ortege. Horum ul-
timi verbi subiectio, ceterorum sententiam refe-
rentis, atque probantis *Controversia 7. de Prede-
stitutione Disp. 3. Ques. 2. Certam. 2. Num. 6. Cassini de-
fensione* recentiores intercurrentes, nec contenevere,
neq; adjuvare voluerint; quod Coelestinus aperte si-
guificavit. Tertio, quod approbata fuerit Augustini
doctrina simul, & aliorum Sanctorum Patrum:
unde sequitur cadere approbationem hanc in id, quod
est Augustino cum aliis Patribus commune, non in
id, quod est proprium, si quid tale sit: ut profes-
cio esse demonstravit, que de gratia, & prede-
stitutione adversus Semipelagianos propugnavit. Con-
fusus demum Theophilus Raynaudus in *Valeria-
ni Apologia* cap. 4. §. 14. *Confidatione porro di-
gnatum est*, in illis Capitulis, sive Canonibus, ea
ratiuncula definiri, que ad excludendum subjunctionem
divine gratiae ad humana voluntatem pertinent,
& ad gratia necessitatem, pro tunc justificationis pro-
gressu, inactis iis, que ad electionem, & ad glo-
riam spectant, & plerique in Divi Augustini do-
crina despiciunt. Similiterque Coelestinus in finis
Epistola, post constitutas fidem catholicam de veri-
tate noxae parentalium, & gratia necessitatibus, ac pri-
matu, proficiens reliquas questiones, de quibus Di-
vo Augustino negotium faciebat, negque a se ne-
gligit, neque deuidi, sed libera Doctorum disputationi
permitti, &c.

Repones forte, me Sodalium tuorum limites
transfluisse, qui Coelestini Rescriptum *Subdolus* arte
imperatum non semel innuerim. At nec id
quidem sine vefrum exemplo, calamo excidit;
quies crudiora multo excidisse notum est, dum
vito Alexandri VII. Rescripto, forma Brevis ad
Lovanienis Theologos dato, die 7. Augusti anno
1660. quo preclarissimorum Ecclesie Doctorum
Augustini, & Thome Aquinatis inconcussa, tutissi-
maque dogmata commendantur, eorumque penes
Catholicos universos ingenia, & omnem laudem fu-
rgentes nomina, novi praconii commendatione non
egere dicuntur, in hafce voces erupere, Nunquam

Romanum Pontificem Breve illud privatum vidisse:
idque, quo maiorem dicti fidem facerent, jura-
mento firmarunt. Adeo nimur subdola arte extor-
tum utrisque Doctoris elogium Lovanii So-
ciij contendebant! Quia de re legendi venient Ga-
briel a Sancto Vincentio, *Libro de remedis igno-
ran-*ta* disp. 14. dub. 9. Norisius in *Vindicis cap.
6. Capitulum in Appendix*.*

VI. Profperum, Hilarium, Fulgentium, quos
eo maxime nomine ceteri celebrant, quod fidelis-
simus Augustini discipuli fuerint, ea ipsa de cau-
fa nihil feci, eorumque ad Magistri commenda-
tionem testimonia, ne vitiosa quidem nuce asti-
mavi, quod ei plus aequo addicti essent; magno
Vaquevio viam monstrante, in *Commentariis ad
primam Partem disp. 97. cap. 3. Fatoe Jane*, in-
quit ille, *suspecta mihi esse testimonia Prospere, &
Fulgentis, quod diligenter inveni, & exaktiliter Au-
gustini discipuli sint*. Viden ut ipso ob id maxi-
me nauci faciat?

Certe nemo unquam liberiorem in Ecclesia Pa-
tres virgam exercuit Vaquevio vestro, tum in
hoc de divinis auxiliis, tum in aliis bene multis
Theologicis Tractationibus. (*Acta Erudit. Lipsie.*) Si no manilis haud itapridem adnotare licuit, ma-
nus orbis litterari criticum illuxisse, coelicolis
non minus quam terricolis formidandum, qui
plures Sanctos celo dejecerim, quam decem Ro-
manii Pontifices illo eveharent; de sodali illo
vestro, nulla verbi injuria dicam, plures illum
Doctores gradu dejecisse, quam Academia renua-
tiarent.

VII. In confitu Massilienses inter, & Augus-
tini discipulos enarcando, Cassini, & Fausti Se-
mipelagianae Secte Principum partes in messepe-
tum, Prosperum ut aliena fame decursum tra-
duxi, eidemque Gennadium pretuli, dignunque
Ecclesiastica Traditionis adversus Augustinum te-
stem adhibui, sanu nostrum Societas vestra Viro-
rum judicio fecus, Joannis Baptista Guasai,
Joannis Iturenii, Christophori Ortege. Horum ul-
timi verbi subiectio, ceterorum sententiam refe-
rentis, atque probantis *Controversia 7. de Prede-
stitutione Disp. 3. Ques. 2. Certam. 2. Num. 6. Cassini de-
fensione* recentiores intercurrentes, nec contenevere,
neq; adjuvare voluerint; quod Coelestinus aperte si-
guificavit. Tertio, quod approbata fuerit Augustini
doctrina simul, & aliorum Sanctorum Patrum:
unde sequitur cadere approbationem hanc in id, quod
est Augustino cum aliis Patribus commune, non in
id, quod est proprium, si quid tale sit: ut profes-
cio esse demonstravit, que de gratia, & prede-
stitutione adversus Semipelagianos propugnavit. Con-
fusus demum Theophilus Raynaudus in *Valeria-
ni Apologia* cap. 4. §. 14. *Confidatione porro di-
gnatum est*, in illis Capitulis, sive Canonibus, ea
ratiuncula definiri, que ad excludendum subjunctionem
divine gratiae ad humana voluntatem pertinent,
& ad gratia necessitatem, pro tunc justificationis pro-
gressu, inactis iis, que ad electionem, & ad glo-
riam spectant, & plerique in Divi Augustini do-
crina despiciunt. Similiterque Coelestinus in finis
Epistola, post constitutas fidem catholicam de veri-
tate noxae parentalium, & gratia necessitatibus, ac pri-
matu, proficiens reliquas questiones, de quibus Di-
vo Augustino negotium faciebat, negque a se ne-
gligit, neque deuidi, sed libera Doctorum disputationi
permitti, &c.

Prixi-

Præverat in vindicando Cassiano simul, & Fausto Joannes Mariana, Gelasi censuram minime veritus Libro 3. de Morte, & immortalitate cap. 6. Nam quod de Cassiani, & Fausti Libris opponatur, a Gelasio coram letioem interdidam, non puto id factum propter dogma de predestinatione, quod illi fuit cum aliis Patribus communis, quorum scripta hic Ponitex probavit, Gregorii Nazianzeni, Basilii, Chrysostomi, Hieronymi: sed propter alias, que ex his Libris expuncta suspicimur. Auter Trientium Abbas in Fausto. Et video quia a Cassiano dicta sunt omnia, de gratia, & libero arbitrio, a Viris eruditis nostra etate defendi, quasi pietatis confusa, neque defessa a fidei regula sancta. Quin, & Molina ingeniorum aquila, oculator Augustino, Faustum Ecclesie Patrum numero interit, per quos vera de Christi gratia doctrina intelligi debet, in Concordia Quæst. 23. Art. 4. Disp. 1. membro ultimo. Tantis porro dubibus, ac magistris quid tentare non licuit? Imo majora forte tentasse, si Thomam Bonatum Norditanum legere contigisset Lib. 3. de Concordia scientia cum fide; ubi (quod a multis accepero) Augustini doctrinam non modo pessimis modis habet, ac nauci facit, sed palam illi detrahe fronte Massilesium opiniones anteponit. Verum qui me Theologia thetica tenuit amorem, ab Anglorum Scriptorum, Scholasticae brevetis, ac tribulis nimis hærentium, lectione semper abduxit.

Sed, & hac ipsa hora, qua isthac Literis mando, vulgatam inaudio Livini Le Meyete, de Divinis. Auxiliis spissam Historiam, sub auctoritate nomine Theodore Eleutherius; ubi lib. 5. cap. 52. Gennadii vindicias adornat, quem etiam minime constare ait, factioem Semipelagianorum fuisse electum: quamquam in Libro de Illustribus Scriptoribus Cassianum, & Faustum suum laudibus fecerat, salutarem iliorum doctrinam ab Ecclesia probatam, egregiae opera passim appellans; Augustinum et contrario, Proferumque belle pro meritio defecit; illius quidem errorem sermonem multo contractum fuggilius: cap. 38. istius vero in famanda salutari Cassiani doctrina audaciam reprehendens cap. 82.

VIII. Ut autem Prædestinatione hæresis labem aspergerem Episcopis Africanis, in Sardinum Insulam ab Thrasimundo Arianio Rege relegatis, qui a Scythis Monachis sententiam rogati, Fausti scripta damnaverant, aucto mihi, princepsque fuit Jacobus Simondus, diligens ille veterum scelerum conqueritor, mihi quondam, pro studiorum cognitione, in paucis charis, cuius post haec ipsa verba, in Historia Prædestinatione cap. 9. Difficile non erat condemnationem Librorum Fausti Regensis sperare ab Afris Episcopis, apud quos nata Prædestinatione hæresis in multorum adhuc mentibus heretebat. Quibus affinia sunt, quae de Sancto Fulgentio relegatorum Praefulsum pietate, & eruditio ne præcipuo, adnotavit Theophilus Raynaudus, in Censure inofficiose censura §. ultimo: Sancto Fulgentio familiare est, Augustini placitis moribus adhucere, eoque interdum rigore, ut sententiam, quam verborum cortex preferat, etiansi durioram, conquista interpretationis aliquis benignitatem mollire, & in alium sensum trahere, non sit sollicitus. Unde facile colligas, Fulgentum, qui cæteris, in vindicando adversus Faustum Augustini doctrina, calamum commobbat, in duras, acerbasque Prædestinationariorum sententias declinasse.

IX. Nunc ad illud accedo, unde majorem mihi ab æmulis conflatam invidiam retulit Norifus. Scilicet Vitklemum, Calvinum, Lutherum, Augustini discipulos dixi; illiusque doctrinam nihil, aut certe parum, ab eorum erroribus distare significavi. At hoc ipsum est, cur magis miter, id

præ ceteris stomachum movisse, quod numerosiori Theologorum vestrorum suffragatione munitur est. Ita Joannes Adamus, cum Parte 3. Calvinis destruisti capitibus 3. & 6. scripsisset, censuisse Augustinum, solum peccatum originale caussam esse reprobationis damnatorum, hanc ipsam sancti Doctoris sententiam ita perfringit cap. 10. Credo mihi licet illam horre, quia mater est illius, quam Calvinus tanta impietate, ac rabi urged contra Ecclesiam. Annon igitur, Adamo judice, Calvinianæ doctrinae fundamenta posuit Augustinus? Et cap. 8. de ejusdem Doctoris sententia circa Prædestinationem, & gratiam universum hæc habet: Si verba Augustini mitigando, me nimis demittentes, Pelagianus esset: si vero eorum altitudinem teneri vellim, Calvinista esset: medium ergo eum Ecclesie teneo . . . Profecto quandoque confitit. Augustinum in questionibus de gratia, & predestinatione cum excessu locorum esse, verbaque ipsius effe mitiganda, ne ex illorum durius, & acrimonia in errorem contrarium incidam, licet mihi esse debet temperamentum aliquod catholicum addendum, inquirere: quo videlicet Calvini error declinari queat. Multo vero distinctione capite superiori: Ipsenit Augustinus in pluribus Operum suorum locis hunc animi sui impetum cognoscit, quo ita abrepit est, ut in errorem oppositum illi, quem defruere intendebat, declinaret: in Calvinianum scilicet, Pelagianum, in quem arma verterat, e diametro opitum.

Ita quoque Mariana loco superius appellato: Non omnes Augustini sententiam de predestinatione probant: horrida videtur, & aspera, qualis nempe Lutheranorum, & Calvinistarum est. Ita Annatus Libro 8. Augustini Vindicati c. 2. Augustinus alio disputationis abrepit excessi lineas necessariae veritatis; ut si nimis quedam severitas, & iniqua vexat, quo medium illud, in quo veritas sedet, transfigredi jubet, si prestat Augustinus. Ita Antonius Moraines, seu verius Joannes Martinianus in Anti-Jansenio disp. 17. num. 22. Si aliquot locis plus intendit Augustinus, applicandus illi erit, quod in eo notavimus plures, & graves Doctores Catholicæ, excessisse interdum estu disputationis abrepit, & in odium hæresis, quam impugnatum scilicet, ad contrarium extremum inclinasse: Calvinismum scilicet, ut passim inculcat.

Ita Petavius Dissertatione priori de Tridentini Concilii auctoritate capite 4. Postremo, ne longum faciam, illud suscepisse Tridentinum Concilium videatur, ut cum novorum hæreticorum, qui Augustini doctrina, ad erroris sui patrocinium abutebantur, infamie occurvere vellat, nonnullis necessario additis, illam catholicam facere. Qod neempe se sola catholicæ non est Augustini doctrina, nec satis a nonnullorum hæreticorum infamia distractat, nisi quedam illi temperamenta adderentur. Et Dissertatione posteriori cap. 5. Augustini non pauca, neque levia errata circumfringuntur, que profecto, neque catholicæ sunt, neque haberi Synodus ullæ cœmenica voluit.

Ita Stephanus de Champs Libro 2. de hæresi Janseniana cap. 3. disp. 1. Jampridem e Catholicis plurimi doctrina, & pietate laudabiles confessi sunt, Sanctum Augustinum Pelagianismi odio ita in contrarium partem inclinasse, ut perfice Calvinio potius, quam Tridentinis Patribus favere videatur. Sed luculentius multo Epistola 7. Serenissimo Principi De Conty data die 15. Septembris 1664. Videtur Augustinus non aliam in statu natura corrupte libertatem agnoscere, præterquam a coactione, que certe Calvinii sententia est, a Thomistis proficipta tamquam hæretica. Videtur Augustinus nullam eo in statu sufficientem gratiam agnoscere, que re ipsa efficax non sit; quod Calvinio favet admodum, minimi

me vero Thomistis, qui hoc ipsum pro hæresi habent. Videtur Augustinus afferere, eos, qui eo in statu peccanti, gratiam nullam habere, que eis visitandi peccati potentiam tribuat: que pura, putaque hæresis est, a Thomistis predannata. Videtur Augustinus afferre, Deum, post Ad lapsum nolle omnes bonum salvos fieri; Christusque pro omnibus non esse mortuum: quam illi hæresim in Calvinio dannat. Videtur Augustinus afferre; id Adams gratia singulare esse, ut possit ei voluntas difensione, si velit. Quo argumento adversus Concilium Tridentinum Calvinus uetus est, Thomistis oppositum statuentibus. Quid ea de re sentiat Serenitas vestra, rescive vestra; annos certo fateatur, videri Augustinum its in capitibus Calvinio potius, quam Thomistis adfaverit? Hoc porro omnia multis confirmat Recentium testimonio Epist. 9. sequitur quinquaginta Augustini loca disertissima, explicatissima que laudatur spondet, quies Calvini principia verius, quam Thomistarum statuantur; atque illud in primis, quo per Adæ peccatum facta dicuntur ex libertate necessitas.

X. Jam ut tot, ratiisque Auctoriis Augustini doctrinam Calvinianam consentaneam, ac propitiata dixa, ita ejusdem reprehensorum Claudium Sanctum, Ambrosium Catharinum, Petrum Doræum, Albertum Pighianum, sumto ab illi exemplo, laudibus extuli, illorumque acre judicium commendavimus, quod Praesulem Hipponensem, ut novæ sectæ Magistris plus ex quo proprium, reficiendum pronuntiarint. Hos enim eo maxime nomine, eruditis fidei catholicæ defensores (quas voces syllabatim excipiunt) Delsarius appellat Epistola 9. supra citata; doctrina, ac pietatis laudabiles dicit Disput. 1. paulo ante memorata; Adamus vero p. 3. Calvinii destruisti capite 7. illos ipsos a me celebratos Augustini reprehensores indigitans. Aliqui Theologi, inquit, doctrina, ac pietates in signis dixerunt, eum veritatis limites transgressum esse, nimis disputationis calore accusum suisse aut visum suisse favere hæreticis. Verba hæc infelicitas, & impudentia essent, nisi vera forent. Sed & Annatus Alberti Pighii verba a me recitata ad eis vocans cap. 4. Libri laudati, quam mihi nonnulli oforos in vereundam affingunt, his verbis absolvit: Hec ego duxi proponenda, ut intelligamus, non nimis invercendas fore, si qui forte non ita faciles exhibent in illis omnibus admittendis, que videri cuiquam possint proposita suffit ab Augustino. Quamquam quid ego ita commemo-ro, ut audaciam excusem, ac ne æmulatorum invidiae pateam, quod memoratis Augustini reprehensoribus fidem dederim; cum id eos non tam proprio, quam totius Ecclesiæ nomine attestasse moneat item Annatus capit 3. Tanta, inquit, cæterorum Doctorum conspiratio satis ostendit, Catharinum in ea re (in Augustino videlicet oppugnando, ac deprimento) non ut Catharinum, qui sua sepius ingenio nimis induxit, sed ut Catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopum, & Doctorem id sensisse. Quæ ego Annatus verba dum recolo, mirari subit, Catharinum de exorbitantibus Augustini paradoxis ex Ecclesiæ sensu locorum, tanto a Conclititis suis haberi odio, & a domiticis scholis non sine infamia rejici. Sed sunt illi, ut bene nosti, Augustini, quem ab illo depressum agere ferunt, intemperantes admiratores: utque Thomas suo fidem, ac religionem obligarunt, ita ab Augustino Thomæ Magistro, tanquam e sacro manipulo pendent. Vestri fidem pluris astimant, quam ut cuiquam venditam velint.

XI. de Bajo, atque Jansenio haud alter staturi, quam de Luthero, atque Calvinio. Hos fedelissimos Augustini discipulos feci; non ut illos idcirco a lati Cenfusis absolverem, sed ut Ma-

Servi Tom. V.

gitrum una cum discipulis inultum evincerem. Annao ita Petro l'Abbé visum, dum pendente coram Innocentio X. Janenii causa, Augustinum Hippomenem per Irenæi latum petendum omnibus abnabatur, in Antithesi Augustini, & Calvinii? Brevi, inquietabat, loqueretur Roma quid senserit Augustinus, vel sensire debuerit. Annon ita Petavio visum, dum Dissertatione posteriori de Concilio Tridentini auctoritate, a venerandis Syndi Patribus temperamento Augustini verbis additum scribit, ne Sancti Doctoris suffragio ea sententia firmaretur, quia fabiade inter Bajanis numero 64. inulta est? Rigidum illam, Petavii verba sunt, ac nimis severum Augustini sensum, ut quidem nonnullis uisum esse noverant, (nullum esse opus bonum, nisi ex gratia Christi) prudenter in causa moderati sunt. Annon ita Morainio visum, dum Augustinum tanquam vigesimali quinta Baji propositioni subscriptem, ita perfrinxit disp. 12. Anti-Jansenii: Perperam exponit id, quod Apostolus ad Rom. 14. ait: Omne, quod non est fide, peccatum est, quasi velit dicere Apostolus, omnia opera infidelium esse peccata, & sine vera fide nullum posse fieri opus bonum?

XII. Ea fuit, Reverendissime Pater, adorata a me Traditionis potissima capita, tam dieris Theologorum vestrorum suffragis comprobata, ut communem mihi cum illis causam esse, nemo non videat, qui mea, & illorum dicta conculerit. Cetera, si quæ sunt, obiter, atque ex occasione infinita, hæc, aut ad recentia capita revocantur, at pari vestrorum suffragatione muniantur. Sic datum illud a me prudentissimum monitum, (quid Augustini momenta valeant expendi duitatx oportere, de ejus vero auctoritate minus curandum,) ex Lessio, & Hamelio sumtum est, quorum ea fertur assertio, inter notaria Belgicæ Academiæ, numero vigesima: Si contraria sententia esset Augustini, non admodum referret. Sic ad Vaquesti exemplum, facta identem est tum Augustino, tum ejus discipulis interrogatio; quo ex triptode pacefacta ipsi essent divinae predestinationis arcana? Ab Augustino, ajebat illi 1. pars disp. 97. c. 3. & alii, qui id docuerunt, petere possemus, uidentem hujus voluntatis Dei certiores effecti sint. Sic exprobriat illi sapientia, atque in invidiam traducta doctrina mutatio ter facta, Joanne Adamo praecitore, par. 3. Calvinii destruisti cap. 6. Cum Sanctus Augustinus sententiam suam in hac materia ter mutaverit, ut audaciam excusem, ac ne æmulatorum invidiae pateam, quod memoratis Augustini reprehensoribus fidem dederim; cum id eos non tam proprio, quam totius Ecclesiæ nomine attestasse moneat item Annatus capit 3. Tanta, inquit, cæterorum Doctorum conspiratio satis ostendit, Catharinum in ea re (in Augustino videlicet oppugnando, ac deprimento) non ut Catharinum, qui sua sepius ingenio nimis induxit, sed ut Catholicæ Ecclesiæ Archiepiscopum, & Doctorem id sensisse. Quæ ego Annatus verba dum recolo, mirari subit, Catharinum de exorbitantibus Augustini paradoxis ex Ecclesiæ sensu locorum, tanto a Conclititis suis haberi odio, & a domiticis scholis non sine infamia rejici. Sed sunt illi, ut bene nosti, Augustini, quem ab illo depressum agere ferunt, intemperantes admiratores: utque Thomas suo fidem, ac religionem obligarunt, ita ab Augustino Thomæ Magistro, tanquam e sacro manipulo pendent. Vestri fidem pluris astimant, quam ut cuiquam venditam velint.

Tuum igitur erit, Reverendissime Pater, (quandoquidem te Societas tangit honos) omni ope admitti, ut excitata contra adoratam a me Traditionem turbas fileant; ne una mecum periclitetur Scriptorum vestrorum pars nobilissima. Tuum erit, qua vales in Republica literaria auctoritate, & gratia, eruditos a præconcepta de Augustino opinione abducere, ne quantum ei tribuitur, tantum Theologis veitris destrahatur. Tuum tandem, (In articulis dannatis ab Inquis. Vallis. 28. Marii R. F. 1650.

1650.) Ecclesiam Catholicam (quod olim Schinelli Schola veteræ succenturiati votum erat) ab Augustini tutela, & pedagogia liberare, ut Molinianus redirefcat. Mini vero summorum Societatis veteræ Virorum suffragis nixo, nihil est, quod scripsi se peniteat: quia potius honori, & gloriae duco, tantorum oraçorum voces edita Scriptio reddidisse.

Hac Danieli (*Defensio de S. Augustino, par le P. Gabriel Daniel.*) veltro hanc ignota arbitror, tametq; Augustini contra me defensionem adornerat. Id enim ab ipso de industria factum nemoneficit, ut incommode suspicionem amoveret, qua Socii Parisienses vulgati nomine meo Libelli auctores publice ferebantur. Unde, & Augustinum, non jam Augustinum vindicandum aggrefsus est, quem eo præsternit obtrenti catholicum dixit, quod fuerit Molinianus. At bellar prophetata ille vitiones videt, & somnia somniant.

Cæterum de lato in editam a me Traditionem Pontificio judicio, ad Singarum Imperatoris tri-

bunal provocare animus erat. Qui enim, vobis agentibus, & instantibus, pendentis coram Apostolica Sede, de prophano cultu eliminando, controvergia cognitionem, (Quo sensu literarie scilicet professores Abhei dicantur a multis expositorum habebat, Idololatrias dicere, alii malunt.) atheus licet, & atheorum caput acivit sibi, vobisque, ut spargitis, adjudicavit; quidni pari jure, latum in causa fidei iudicium Pontificium reformatum, ac porro rescindere posset? At mini, fine veltri consilio, quidquam moliri religio est. Si id ex juris formulis esse, vobisque probari intelligam, provocationis instrumentum brevi transmittam: precepsque Grimaldo veltri, Mathematicæ Mandarino, literis delegabo, ut apud novum Judicem patronus accedat, faustumque diem, in proxime conscribendo Calendario, lapillo signet, quam pro obscurando foro, agendaque lite, accupari debeam.

Vale, si potes, Pater optime, frigidam sene-
tatem stragulis fove, & ad nos sero, aut etiam
(si datur optio) numquam veni.



LETTRE

DU

R. P. SERRY

Docteur de la Faculté de Paris, & premier Professeur en Théologie dans l'Université de Padoue.

AU

R. P. DANIEL JESUITE

Pour servir de reponse à la Lettre de ce Pere addressé e
au tres R.P. General de l'Ordre de Saint Dominique,
en date du 22. Fevrier 1705.